Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

de fructu operum tuorum saciabitur terra. Producens
fenum iumentis et herbam seruituti hominum. Ut edu-
cas panem de terra et vinum letificet cor hominis. Ut
exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi et cedri libani quas
plantauit illic passeres nidificabunt. Herodii do-
mus dux est eorum montes excelsi cerui. Petra refugi-
um herinaceis. Fecit luna in tempora: sol cognouit
occasum suum. Posuisti tenebras et facta est nox: in
ipsa pertransibunt omnes bestie silue. Catuli leonum
rugientes vt rapiant: et quirant a deo escam sibi. Or-
tus est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabun-
tur. Exibit homo ad opus suum: et ad opus eius
usque ad vesperam. Quam magnificata sunt opera
tua domine: omnia in sapientia fecisti impleta est terra pos-
sessione tua. Hoc mare magnum et spaciosum
manibus: illic reptilia quorum non est numerus. Ani-
malia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt.
Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia
a te expectant ut det illis escam in tempore. Dante te
illis colligent: aperiente te manum tuam omnia imple-
buntur bonitate. Auertente autem te faciem turba-
buntur: auferes spiritum eorum et deficient: et in pulue-
re suum reuertentur. Emitte spiritum tuum et creabuntur
et renouabis faciem terre. Sit gloria domini in sculum: le-
tabitur dominus in operibus suis. Qui respicit terram et
facit eam tremere: qui tangit montes et fumigant.
Cantabo domino in vita mea psallam deo meo quam
diu sum. Iucundum sit ei eloquium meum ego vero
delectabor in domino. Deficiant peccatores a terra et